

2803 fragmenta tabulae magnae marmoreae. Gabiis rep. anno 1792, nunc Romae in repositis villae Borghesiae.

Q · POMPEIO  
FALCONI · S · OSIO · <sup>Prisco</sup>  
PONTIF · SALIO  
QVAEST · K · <sup>and</sup>  
5 IMP · M · AVRELI · <sup>antonini</sup>  
PII · FELIC ·  
DEC · SEVIR · <sup>Augustales</sup> MVNICIP ·  
l. d. d. D

Descripsit Huelsen a. 1884. Habet E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 156, mon. Gab. p. 155 (206); praeterea solam partem intuenti sinistram E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 122' eodemque exemplo Marini ms. Vat. 9126 f. 63'. Fragmenta partis dextrae v. 2. 3. 7 descripsit etiam de Rossi huius corporis vol. VI n. 1491.

2 fin. 3 fin. dedi ad apographum Rossii; Huelsen non vidit v. 2 fin. 1), quae superesse

videtur ex P, non vidit v. 3 fin. 10. — 4 QVAEST · K Visc. f. 156, QVAEST · A Visc. f. 122' Mar., QVAEST · Huel. — 7 fin. fuit puto MVNICIPES.

Fortasse is qui posuit titulum urbanum huius corporis vol. VI n. 1490, pronepos Q. Pompei Sosii Prisci consulis a. 169.

2804 basis marmorea. Rep. Gabiis anno 1792, nunc Romae in hortis Borghesiis (casa dell' orologio).

AGVSIAE · T · F · PRISCILLAE  
SACERDOTI · SPEI · ET · SALVTIS · AVG ·  
EX · D · D · GABINI · STATVAM · PVBLICE · PO ·  
NENDAM · CVRAVERVNT · QVOD · POST  
5 INPENSAS · EXEMPLO · INLVSTRIVM · FEMINAR  
urceus FACTAS · OB SACERDOTIVM · ETIAM OPVS · PORTIC  
SPEI · VETVSTATE · VEXATVM · PECVNIA · SVA REFECTV  
RAM · SE · PROMISERIT · POPVLO · CVM PRO  
SALVTE · PRINCIPIS · ANTONINI · AVG · PII  
10 PATRIS · PATRIAE · LIBERORVMQVE · EIVS ·  
EXIMIO LVDORVM · SPECTACVLO EDITO  
RELIGIONI · VESTE · DONATA ·  
· VNIVERSIS · SATIS · FECERIT ·  
CVIVS · STATVAE HONORE CONTENTA  
15 INPENSAM · POPVLO · REMISERIT ·  
L · D · D · D ·

paterna

Descripsit Henzen, contuli ipse. Fea *Antologia Romana* 1791/92 p. 322; Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur u. Kunst* fasc. X, 3 p. 7 (inde

Orelli n. 2493); Marini ms. Vat. 9126 f. 68; E. Q. Visconti mon. Gab. p. 110 (148).

*Agusiae T. f. Priscillae, sacerdoti Spei et Salutis Aug(ustae), ex d(creto) d(ecurionum) Gabini statuam publice ponendam curaverunt, quod, post inpensas exemplo inlustrium feminar(um) factas ob sacerdotium, etiam opus portic(us) Spei vetustate vexatum pecunia sua refecturam se promiserit populo; cum, pro salute principis Antonini Aug(usti) Pii patris patriae liberorumque eius eximio ludorum spectaculo edito, religioni, veste donata universis, satis fecerit. Cuius statuae honore contenta inpensam populo remisit [debut esse remisit]. L(ocus) d(atu)s d(ecreto) d(ecurionum).*

2807 basis marmorea. Gabiis rep. anno 1792, nunc Romae in hortis Borghesiis in vestibulo musei.

FL · T · FIL · VARIANE sic  
OB MERITA  
urceus C R E S C E N T I S paterna  
AVGVSTOR · LIB · PATRIS · EIVS  
5 QVI · OMNES · HONORES  
MVNICIPI · N · DELATOS · SIBI  
SINCERA · FIDE · GESSIT  
DEC · POPVLVS Q ·

Descripsit Henzen. Fea *Antologia Romana* 1791/2 p. 322; E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 123, mon. Gab. p. 144 (196); Marini ms. Vat. 9126 f. 63; Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X, 3 p. 5 (inde Orelli n. 3704).

2809 basis magna marmorea. Gabiis rep. anno 1792, nunc Romae in villa Borghesiorum (alla casa dell' orologio).

M · IVLIO · ZOTICO ·  
DECVRIONI  
PATRI · DECVRIONVM  
ET · SEVIRÓ · AVGVSTALIVM ·  
5 Q · Q · EIVSDEM · ORDINIS ·  
DENDROPHORI · Q · Q · SVÓ ·  
PERPETVÓ · ET · PATRONO ·  
DIGNISSIMO · OB ME  
RITA · EIVS L · D · D · D ·

in latere intuenti a sinistra:

DEDIK · VIII · KAL · IVL  
IMP · M · AVRELLIO · ANTONI  
no P · IO · FELIC · AVG iii  
P · VALERIO · COMAZONTE a. 220  
5 IT COS ·  
CVR · ABVDIO · PRISCO · CASSIDARIO  
DEMETRIO · ET · CELERINO · STATIENO  
CLEMENTIANO /

Descripsi. E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 122', mon. Gab. p. 150/151 (200/201), mus. Pio-Clem. tom. 6 (1821) p. 239; Marini ms. Vat. 9126 f. 63'; Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur u. Kunst* fasc. X, 3 p. 6 (inde Orelli n. 3741 cum additamentis Henzeni).

8. 9 verba OB MERITA · EIVS postea addita esse videntur. — In inscriptione lateris v. 2. 3 et Antonini nomen et numerus consulatus erasa sunt. — 5 in titulo urbano Corp. VI, 866 Comazonti praenomen est Marcus; corruptum est praenomen in argumento libri undeoctogesimi historiarum Dionis Casii; cf. Boissevain *Mnemosynes* nov. ser. vol. 13 (1885) p. 320.

2805 Gabiis rep.

P · CLODIVS · HELIX  
L · ATILIVS · THAMYRVS  
PRAEFECTI · AVGVSTAL  
BASIM · POSVERVNT · ET  
5 STATVAM · REFECERVNT  
D · S · P · EX · D · D ·

Fea *Antologia Romana* 1791/92 p. 323. Inde Marini ms. Vat. 9126 f. 68, neque aliunde E. Q. Visconti mon. Gab. p. 14 (18). Ex lapide puto Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X, 3 p. 8, unde Orelli n. 3879.

1 HELIX uterque auctor. — 2 THAMYRIS Anon. — 4 POSIERVNT Mar. Visc. — Praefecti hi duo Augustales cum ambo cognomina habeant Graecanica, videntur fuisse libertini; cf. n. 2802. 2811.

2806 basis marmorea a. 1792 rep. Gabiis, nunc Romae in villa Borghesiorum (casa dell' orologio).

T · FLAVIO  
T · FIL · QVIR  
AELIANO  
ORDO · ET · POPVLVS  
5 GABINVS  
PATRONE et curat. rei  
PVBL FIDELISSIMO

Descripsi post Henzenum. Marini ms. Vat. 9126 f. 63' qui vidit; E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 122', mon. Gab. p. 147 (196) (inde Nibby *viaggio* 4 p. 238; ex hoc Orelli n. 147); Anonymus *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst* fasc. X, 3 p. 5.

4 fin. s nunc deest.

2808 tabula marmorea. Gabiis rep. a. 1792, nunc Romae in museo Vaticano (*Gall. lap. suppl. parent.*).

OCTAVIAE · C · F  
STRATONICES  
MATRI  
FL · VARIANE

Descripsit Henzen. E. Q. Visconti ms. Paris. 7 f. 156, mon. Gab. p. 146 (195).

V. 4 nunc periit.